Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



62

quo dexterra sua reget eos & brachio sco suo defendet illos. Accipiet armaturam
zelus illi: & armabit creaturam ad ultionem inimicos. Induet pro lorica iustitiam
& accipiet galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile equitatem:
acuet autem duram iram in lanceam & expugnabit cum illo orbis terrarum contra in
sensatos. Ibunt directe emissiones fulgorum: & tamquam a bene curuato
arcu nubium exterminabunt. & ad certum locum insilient. & a petrosa ira ple
ne mittent grandines: et exardescet aqua maris & flumina concurrent
durissime. Contra illos stabit spiritus uirtutis: & tamquam turbidi uenti diuidet
illos. & adhere[mu]t peducet omnem terram iniquitatis: & malignitas euertet sedes
Beatus est sapiam quam uiuet: & uir exhortatio ad discendam prudentiam - Sapiam.
prudens magis quam uir fortis. Audite ergo reges & intelligite: discite
iudices finium terre. Prebete aures uos qui continetis multitudines. &
placetis uobis in turbis nationum: quo ei data a domino potestas uobis. & uirtus
a altissimo qui interrogabit opera uestra. & cogitationes scrutabitur: quo cum
essetis ministri regni illius non recte iudicastis. neque custodistis legem iusti
cie: neque secundum uoluntatem dei ambulastis. Horrende & cito apparebit
uobis: quoniam iudicium durissimum iis qui preesunt fiet. Exiguo enim concedit
misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahit per
sonam cuiusquam deus. nec uerebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum
& magnum ipse fecit. & aequaliter cura est illi de omnibus: fortioribus autem for
tior instat cruciatio. Ad uos ergo reges sunt hi sermones mei: ut discatis sa
pientiam & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam iuste iustificabuntur:
& qui didicerint iusta inuenient quid respondeant. Concupiscite ser
mones meos: diligite illos & habebitis disciplinam. Clara est & quae numquam
marcescet sapientia: & facile uidetur ab his qui diligunt illam: & inuenietur ab
his qui quaerunt illam. Preoccupat qui se concupiscunt: ut illis se porem
ostendat. Qui diluculo uigilauerit ad illam non laborabit: assidentem enim
illam in foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus: